Fragmentarium

in uita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Si cut adipe
et pinguedine repleat anima mea: et labijs exultationis lau
dabit os meum. Si memor fui tui super stratum meum in ma
tutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in
uelamento alarum tuarum exultabo: adhesit anima mea post te:
me suscepit dextera tua. Ipsi uero in uanum quesierunt am
mam meam introibunt in inferiora terre: tradentur in manus
gladij partes uulpium erunt. Rex uero letabitur in deo lau
dabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquen
tium iniqua. Exaudi deus oronem meam ps dauid
cum deprecor: a timore inimici erue animam meam.
Protexisti me a uentu malignantium: a multitudine
operantium iniquitatem. Quia exacuerunt ut gladium lin
guas suas intenderunt arcum rem amaram: ut sagittent in
occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum et non ti
mebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt ut
absconderent laqueos: dixerunt quis uidebit eos. Scrutati sunt
iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo
ad cor altum: et exaltabitur deus. Sagitte parulorum facte sunt
plagae eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorum. Con
turbati sunt omnes qui uidebant eos: et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opa dei: et facta eius intellexerunt. ow
Letabitur iustus in domino et sperauit in eo: et laudabunt
omnes recti
corde. Ar A timore inimici erue animam meam. ar. ow

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 59v – Psalterium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-qh4w/3465/36139)